



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 112. Alia Protestantium postulata in Delphinatu, & Provincia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

„cesi professio, multo minus autem quic- Sæcul. XVI.  
A. C. 1573  
 „quam in causa Religionis per Bear-  
 „nensem ditionem contra ea, quæ ex  
 „ordinum decreto a Joanna Regis Na-  
 „varrorum Matre ordinata sunt, im-  
 „mutetur: denique flagitamus, ut om-  
 „nes Principes, Magistratus, ac Regni  
 „Ordines cunctis hisce articulis servan-  
 „dis solemni Sacramento fidem inter-  
 „ponant. „

### §. CXII.

#### *Alia Protestantium postulata in Delphiniatu, & Provincia.*

Perlecto hoc libello, cui plurimi Pro- Thuan. l. c.  
Daniel t. 6.  
pag. 519.  
 ceres sese subscripterant, Rex sum-  
 mam inde indignationem concipiebat,  
 quinimo Regina Mater iram dissimu-  
 lando impar edicebat, quod Condæus  
 Princeps, si adhuc in vivis esset, ne-  
 quidem dimidiā harum conditionum  
 partem in hoc petulantissimo scripto  
 petere ausus fuisset: ast hoc Reginæ  
 responso nequaquam Protestantium in-  
 solentia imminuebatur, quippe Delphi-  
 natus, & Provinciæ Hæretici eodem  
 tempore onera, ac vectigalia nova,  
 haudque toleranda, quæ contra privi-  
 legia, & libertates Philippi Valeñii, &  
 Ludovici XI. temporibus factas sibi im-  
 posita dicebant, pari libertate depreca-  
 bantur, quorum tamen omnium postu-

Sæcul. XVI. lata, cum præter spem, ac voluntatem  
A.C. 1573. Rex cogeretur audire, eaque juvenis  
maxime omnis injuriæ impatiens ad  
animum revocaret, dissimulato in præ-  
fens dolore Septimanos, & Aquitanos  
ad Henricum Momorantium Damvîl-  
lam remisit, qui illorum querelas ex-  
ciperet: apud Delphinatus vero, &  
Provinciæ Delegatos, Rex superiorum  
temporum turbas, & onera Regni cau-  
fatus se excusavit, & in posterum cu-  
raturum dixit, ut populum tributis ex-  
oneret, & ad prisca privilegia provin-  
cias, quantum in ipso erit, reducat,  
quamprimum tranquillitas in Regno  
magis firmata videbitur.

§. CXIII.

*Millaldense conventiculum Calvi-  
nistarum.*

Paulopost Occidaniæ Calvinistæ Mil-  
laldi in Rutenis convenerunt, Dam-  
villæ permisſu, ubi eadem postulata de-  
nuo agitabantur, & interpretatione  
quoad nova excogitata capita adhuc am-  
plificabantur, & demum ad ipsum Dam-  
villam exeunte anno missa fuere. Hic  
cum de iis convenire non posset, exac-  
cerbatis inde animis, & omisis pacis  
consiliis jam tum ad novum bellum res-  
pectare videbatur, ac propterea in eam  
rem evulgata fuere tunc pleraque scri-  
pta,